[illegible] de 31 [illegible]
[illegible] tantos capítulos [illegible]
[illegible] de [illegible]
[illegible] en la Nueva España
[illegible] del [illegible] 1612
al 1773 [illegible]
años

Este libro usado

FUE DESINFECTADO

para su venta

ESTE MARBETE DEBE SER [illegible]TRUIDO POR EL COMPRADOR

JCB
18-308

Arevalo duodecimos

90.

Anno 1637.

ACTA CAPITVLI PROVINCIALIS CELEBRATI IN REGALI CONVENTV

Sancti Patris noſtri Dominici

DE MEXICO, DIE 16. MENSIS MAII, Anno Dñi 1637. Dominica 4. poſt Octauas Paſchæ, Sub A. R. P. noſtro Magiſtro Fr. Franciſco de Arebalo, Sanctæ Inquiſitionis Qualificatore, eiuſdemque Regalis Conuentus Priore, in eodem Capitulo in Priorem Prouincialem electo, Diffinientibus pariter RR. PP. Patre Magiſtro Fr. Damiano de Porras Rectore noſtri Collegij de Portacœli. R. P. noſtro Fr. Illephonſo de Orduña, quondam Prouinciali, & Priore Cōuentus noſtri de Coyoacan. R. P. Magiſtro Fr. Hyacintho de la Caxica, Qualificatore Sanctæ Inquiſitionis, & Priore noſtri Conuentus S. P. N. Dominici de la Puebla. Et R. P. Fr. Luca Martinez, Prędicatore Generali, & Vicario domus nr̃æ de Tamaçolapá.



IN NOMINE SANCTISSIMAE Trinitatis, Patris, & Filij, & SPIRITVS SANCTI, ET BEATÆ MARIÆ SEMPER VIRGINIS AVXILIATRICIS NOSTRÆ, ET BEATI PATRIARCHÆ NOSTRI SANCTI DOMINICI, OMNIVMQVE SANCTORVM, ET SANCTARVM DEI.

Iſtæ ſunt Abſolutiones.

IN primis abſoluimus omnes Suppriores, & Vicarios tam Cōuentuum, quam domorum noſtrę Prouincię.

Iſtæ ſunt Denuntiationes.

IN primis denunciamus in Capitulo Prouinciali antecedenti, fuiſſe acceptatas, quaſdam litteras, patentes RR. P. N. Magiſtri Generalis, in quibus pręcipit ſub formali pręcepto, & pœna abſolutionis (reſpeſtiue) ab eorum offitijs Prouinciali, & Prioribus, quod per ſexenium nullum recipiant ad habitum noſtri Ordinis, propter multitudinem fratrum tunc degentium in hac Prouincia, datis Bononię 10. Ianuarij Anno Dñi 1631.

cum igitur neceſsitas tanta vrgeat (vt palam conſtat totę Prouincię) fratrum, qui inſeruiant diuino cultui, in choro, in ſtudijs, nunc ferè deſtitutis per indigentiam fratrum, & in doctrinis indorum, per paucitatem miniſtrorum, ibi communiter aſſiſtentium: itaque conſulentes neceſsitati, & preuenientes ruinę, quę proximè videtur imminere, prępoculis habentes, ipſa verba prędictę patentis, quę ſic ſe habent; prçipimus, & prçipiẽdo mandamus omnibus, & ſingulis Prioribus, tam Prouinciali, quam conuentualibus dictę Prouincię, pro tempore exiſtẽtibus in virtute Spiritus ſancti, & ſanctę obedientię, & ſub formali precepto, & ſub pœna priuationis reſpectiue ſuorum officiorum, vt per ſexenium ab harum facta illis publicatione, non recipiant, nec quilibet eorum accipere poſsit aliquem ad habitum ſacri Ordinis noſtri, exceptis caſsibus ſingularibus, in quibus receptio alicuius, ratione nobilitatis, ſufficientię litterarum, vel huiuſmodi Prouincię plurimum eſſet pro futura, quorum maturam conſiderationem, & iuditium R. P. Prouinciali, vna cum aliquibus Patribus grauioribus remittimus, his itaque rationibus penſatis, & mature quantum potuimus perſpectis in noſtro Capitulo congregati Prouincialis, ac Diffinitores, cęteris Prouincię Patribus conſultis, viſum eſt omnibus ſucurrere pręſenti neceſsitati, & diſcernere, ac determinare quod recipiantur ad habitum noſtri Ordinis 36. In hoc noſtro Conuentu Mexicano 24. fratres, ſeruato ordine alternatiuę, denatis in Hiſpania, & denatis in Indis. Et in conuentu Angelopolitano tertia pars, ſcilicet, 12. qui communitati, cęteriſque inſeruiant miniſterijs, commonentes, & in domino aggrauantes, conſcientias Patrum Priorum pro tempore vtriusque conuentus, vt qui recipiendi fuerint recipiantur ad mentem, RR. P. N. Magiſtri Generalis ordinis, nobiles, & litterati, cognitę que virtutis, & qui ordini, habitui que noſtro maxima in dies afferant incrementa, & de licentia R. A. P. N. Prouincialis, in ſcriptis, & non aliter, reuerenti que quantum poſſumus humilitate, ſupplicamus RR. P. N. Magiſtrum Generalem, tanquam rite, & recte factam habeat noſtram determinationẽ, vt pote factã iuxta concesſionem

huic

huic Prouincię, & eius Prouinciali de conſilio Patrum in rebus dubijs in Capitulo Generali Romę. 1580.

Iten, denuntiamus (vt de publicatione per totam Prouintiam nobis cōſtat) R. P. N. Magiſtrum Fr. Ferdinandum Martin Caluo Prouincialem abſolutum, accepiſſe quaſdam litteras RR. P. N. Mag. Generalis Ordinis; datis Romæ 16. Menſis Maij 1635. continentes articula quædam pertinentia ad reformationem Prouintiæ, in aliquibus de quibus ſuæ Reuerendiſs. Paternitati fuit factum in forme, non vndequaque verum, neque veritati conſonum de quibus remiſſa eſt RR. Paternitati ſuæ, veridica ſatisfactio.

Iten, denuntiamus Conuentum iſtum Regalem Sancti P. N. Dominici de Mexico, accepiſſe alias litteras patentes RR. P. N. Magiſtri Generalis, ſuper retentione, vel conductione ingenij de Cuahuitztlan, in cuius conformitate, & de conſilio eorum, qui in litteris patentibus ad hoc munus deſignantur à noſtro RR. per vota ſecreta, & per maiorem partem vocalium dictum ingenium ſubeſſe guuernationi, & adminiſtrationi dicti Conuentus, pro maiori vtilitate eiuſdem. Vt per effectum experimur: & de cauſis, & rationibus maioris conuentiæ, illico fuit data notitia Reuerendiſs. P. N. Magiſtro Generali.

Iten, denuntiamus RR. P. N. Magiſtrum Generalem Ordinis Fr. Nicolaum Rodulphium dignatum fuiſſe concedere gradum Magiſterij extranumeralem R. P. Preſentato Fr. Didaco de los Cobos, ad petitionem Prouintię, & acceptatum eſſe per eandem Prouintiam, & ſi neceſſe eſt, illum denuo acceptamus, & iam acceptatum eſſe declaramus, declarantes etiam locum Magiſterij quē occupabat R. P. Magiſter Fr. Didacus Pacheco per eius obitum eſſe vacantem.

Iten, denuntiamus R. P. N. Fr. Ioannem de Cordoba Vicarium domus noſtrę de Azcapotzalco prę ſentaſſe in noſtro Difinitorio quaſdam litteras patentes RR. P. N. Magiſtri Generalis in quibus illi concedit titulum Patris Pronincię, cum omnibus gratijs, & priuilegijs tali titulo pertinentibus, quas quidem humiliter acceptauimus conformiter ad ea, quę in dictis

litteris continentur, mandantes omnibus noſtræ Prouinciȩ Fratribus, vt dictum R. P. N. tanquam talem Patrem Prouinciæ venerentur, & habeant.

Iten, denuntiamus R. P. Prȩſentatum, & Prȩdicatorem Generalem Fr. Franciſcum de Aſuaje Procuratorem Generalem Prouintiæ, apud RR. P. N. Mag. Generalem in Curia Romana tranſmiſiſſe quoddam teſtimonium autenticum in quo teſtificat (tanquam Notarius Appoſtolicus per ſanctiſsimum Dominum noſtrum Papam Vrbanum 8.) RR. P. N. Magiſtrum Generalem cōceſiſſe per ſuam benignitatem, diuerſis Fratribus noſtrȩ Prouinciæ, omnes gradus, & prȩdicaturas generales in dicto teſtimonio contentas; quod teſtimonium fuit prraſentatū in noſtro Diffinitorio per R. P. N. Magiſtrum Fr. Ferdinandum Martin Caluo, illique Veracem Fidem dedimus, & acceptauimus cum omnibus gratijs, gradibus, & prædicaturis ibidem contentis.

Iſtæ ſunt inſtitutiones.

IN primis inſtituimus in examinatores Confeſſariorum, & Prædicatorum pro Hiſpanis in Conuentu Regali Sācti Patris noſtri Dominici de Mexico R. P. Regentem, & duos antiquiores Lectores Theologiæ: pro Indis autem quantum ad ſufficientiam in litteris, & indorum idiomate, in natione Mexicana R. P. Fr. Didacum de Medrano, Prædicatorem Generalem, & Vicarius domus noſtræ de Tenanco; & in natione Miſteca R. P. Prȩdicatorem Generalem Fr. Gregorium de Palomares Priorem Conuentus noſtri de Tepozcolula, & R. P. Fr. Michaelem de los Reyes; & in natione Chochona R. P. Prȩdicatorem Generalem Fr. Lucam Martinez, Vicarium domus noſtræ de Tamaçolapan, & huius noſtræ Cap. Diffinitorem.

Iten, inſtituimus in iudices pro examinandis informationibus eorum, qui ſunt ad habitum noſtri Ordinis recipiendi iuxta decretum ſanctiſsimi Domini noſtri Sixti Quinti, & moderationem ſanctiſsimi Domini noſtri Clementis Octaui, in

Con-

Conuentu noſtro Mexicano R. P. Regentem, & duos Lectores Theologiæ; & in Conuentu Angelopolitano R. P. Priorem, & Regentem Studij, & antiquiorem Lectorem Theologiæ declarantes, in abſentia aliquorum iſtorum, in vtroque Conuentu poſſe pro illa vice, alium, vel alios à Priore, vel à Suppriore in abſentia Prioris aſsignari, quorum conſcientias in diem Domini aggrabamus, & per merita Beatiſsimi Patris noſtri Dominici petimus, vt diligenter inquirant, & examinent qualitatẽ, & ſufficientiã recipiendorum, ita vt adimpleatur intentio RR. P. N. Magiſtri Generalis, circa ſufficientiam in litteris, nobilitate, cęteriſque requiſitis propter innumera inconuenientia, quæ ſępe ſępius experiuntur, eandemque curam adhibeant, diligenter que procurent ſuper ordinandorum ſufficientiam, ne ſacramenta indignis, & incipientibus committantur.

Iten, inſtituimus, & exponimus in Miniſtros Indorum inter ipſos aſsignatos, & in poſterum aſsignandos, illisque facultatem miniſtrandi impartimur, iuxta Bullam Pij Quinti fœlicis recordationis, præmiſſa examinatorum in ſcriptis facultate, ſeruatis ſeruandis.

Iten, inſtituimus, & creamus ſpeciali autoritate commiſſa Capitulis Prouincialibus huius Prouinciæ Sancti Iacobi de Mexico in Prædicatorem Generalem R. P. Fr. Ioannem Martinez de Ayala, pro conuentu S. Ioannis Baptiſtæ de Cuyoacan, qui locus erat vacans, per obitum R. P. Fr. Laurentij de Ayala; acceptamus ſimiliter litteras patentes Reuerẽdiſs. P. N. Magiſtri Generalis per quas prædictum Patrẽ conſtituit Prædicatorem Generalem Conuentus, declarantes habere omnia requiſita, ſecundum conſtitutiones, & Acta Capituli Generalis, quæ inſtitutio, & acceptatio fuit approbata per RR. PP. Prouinciæ iuxta diſpoſitionem Cap. Gen. Romæ 29. per vota ſecreta in Capitulo congregatos, & ſic inſtitutum, & acceptatum debere frui omnibus gratijs, & priuilegijs quibus potiuntur Prędicatores Generales, rectè inſtituti, & acceptati in hac Prouincia.

Iten, inſtituimus, & acceptamus Prædicaturam Generalem

R.

R. P. Prẹſentati Fr. Ludouici de Orduña, Vicarij domus noſtrẹ de Mixcoac, pro conuentu ſanctæ Mariæ de Pietate, eo quod ſecundum litteras ſuæ promotionis, & ſecundum ordinationes RR. P. N. Magiſtri Generalis, pro hac Prouincia factas Romæ 29. potiori iure debeatur illi, iſte locus, quem à principio notificationis ſuarum litterarum occupare debuerat, quẹ inſtitutio, & acceptatio fuit approbata per RR. PP. Prouinciæ in Capitulo congregatos, & per vota ſecreta, iuxta diſpoſitionem Capituli generalis Romæ 29. ita que potiri debere gratijs, & priuilegijs, quibus potiuntur prædicatores Generales rectè inſtituti, & acceptati, &c.

Iten, inſtituimus in Prædicatorem Generalem denatis in Hiſpania, & de his qui pertinent ad Conuentũ S. P. N. Dominici de la Puebla, in loco qui vacauit per obitum R. P. Fr. Thomẹ Salmeron, R. P. Fr. Saluatorem de Salazar, cũ declaratione, quod ſi aliquãdo Prẹſentati mun' cõſecutus fuerit (etenim adimpletus eſt integros curſus Artium, & Theologiæ pro gradu Magiſterij) talis prædicatura vacua videatur, ipſamque deberi antiquiori filio dicti Conuentus de la Puebla, denatis in Hiſpania, qui habuerit poſtulationem, vel litteras patentes RR. P. N. Magiſtri Generalis, interim tamen debere frui gratijs, & priuilegijs Prædicatoris Generalis rectè, & rite inſtituti, quia in ipſo reperiuntur omnia, & ſingula requiſita ſecundum noſtras Conſtitutiones, & Acta Capitulo. Generalis, quæ inſtitutio fuit approbata per RR. PP. Prouinciæ in Capitulo congregatos, & per vota ſecreta, iuxta diſpoſitionem capituli Generalis Romæ 29. & ſic inſtitutum eſſe declaramus.

Iten, inſtituimus in Prædicatorem Generalem pronatis in Indis, & de his qui pertinent, ad Conuentum S. Patris noſtri Dominici de la Puebla in loco qui vacauit per obitum R. P. Fr. Laurentij de Quiñones. R. P. Fr. Ioannem de Valdes, propter eius ſufficientiam in Indorum idiomate, & in ipſo reperiuntur omnia quẹ ſecundum conſtitutiones, & acta Capituli Generalis requiruntur, quæ inſtitutio fuit approbata, per RR. PP. Prouinciæ in Capitulo congregatos, & per vota ſecreta iuxta determinationem, & diſpoſitionem capituli Generalis Romæ

29.

29. & ſic inſtitutum potiri debere, omnibus gratijs, & priuilegijs, quib' potiuntur Prędicatores Generales in hac Prouincia.

Iten, inſtituimus in Prædicatorem Generalem denatis in Hiſpania, & pro natione Miſteca R. P. Fr. Gregorium de Palomares, Priorem Conuentus noſtri de Tepozcolula, in Prædicatura vacanti per obitum R. P. Fr. Petri del Monte, acceptantes ſimiliter litteras patentes RR. P. N. Magiſtri Generalis, per quas prædictum R. P. conſtituit Prędicatorem Generalem dictę nationis declarantes habere omnia requiſita ſecundum conſtitutionem, & acta Capituli generalis, optime que callere indorum idioma, quæ inſtitutio fuit approbata per RR. PP. Prouinciæ in Capitulo congregatos, per vota ſecreta, ſecundum diſpoſitionem Capituli Generalis Romæ 29. & ſic ritè, & rectè inſtitutum eſſe declaramus, debere que frui omnibus gratijs, & priuilegijs Prædicatoris Generalis huius Prouinciæ.

Iſtæ ſunt acceptationes.

IN primis acceptamus gradum Magiſterij R. P. Fr. Illephonſi de Gironda, Prioris Conuentus noſtri Sancti Dominici de Itzocan, denatis in Indis, ad quem fuit aſſumptus, propter obitum R. P. Magiſtri Fr. Didaci Pacheco, & acceptatum eſſe declaramus.

Iten, acceptamus gradum Magiſterij extranumeralis R. P. Fr. Franciſci Naranjo ad petitionem Prouincię, & acceptatum eſſe declaramus.

Iten, acceptamus gradum Pręſentaturę R. P. Fr. Ioannis de Medrano, pro loco vacanti R. P. Fr. Didaci de los Cobos, ad Magiſterium aſſumpti, illi ſpecialiter deſignatum à RR. P. N. Magiſtro Generali, & acceptatum eſſe declaramus.

Iten, acceptamus gradum Præſentaturę R. P. Fr. Antonij de Amaya in loco vacanti R. P. F. Franciſci Naranjo ad Magiſterium aſſumpti, & illi ſpecialiter deſignatum à RR. P. N. Magiſtro Generali, & acceptatum eſſe declaramus, tertiam au-

tem Pręſentaturam vacantem, propter promotionem ad Magiſterium R. P. Fr. Illephonſi de Gironda, declaramus eſſe occupatam à R. P. Preſentato Fr. Aluaro de Figueroa.

Iten, acceptamus gradum Præſentaturę pronatis in Hiſpania R. P. Fr. Ludouici de Cifuentes, & acceptatum eſſe declaramus.

Iten, acceptamus gradum Pręſentaturæ pro natis in Hiſpania R. P. Fr. Marci Muñoz; & acceptatum eſſe declaramus.

Iten, acceptamus gradum Pręſentaturæ, pro natis in Indis, & pro prima vacanti R. P. Fr. Chriſtophori de Pocaſangre; propter eius antiquitatem, & litteras patentes RR. P. N. Generalis, quas præſentauit in noſtro Diffinitorio, & per ipſas cõſtat illi aſsignari primum locum vacantem, & ex nunc pro tunc acceptatum eſſe declaramus.

Iten, acceptamus gradum Præſentaturę, pro natis in Indis, & pro ſecunda vacanti R. P. Fr. Didaci de Arellano Lectorem Scripturæ, & ex nunc pro tunc acceptatum eſſe declaramus.

Iten, acceptamus gradum Magiſterij R. P. Fr. Mathię del Caluo, pro natis in Hiſpania, & pro filijs Conuentus noſtri Sancti Dominici de la Puebla, in vacanti per obitum R. P. Magiſtri Fr. Franciſci de Villanueua, & acceptatum eſſe declaramus.

Iten, acceptamus gradum Præſentaturę R. P. Fr. Hyacinthi de la Caxica, Qualificatoris Sanctæ Inquiſitionis, & Prioris Conuentus noſtri de la Puebla, eiuſdem que filij, & huius noſtri Capituli Diffinitoris, pro natis in Indis, & pro loco vacanti R. P. Fr. Mathiæ del Caluo, per promotionem ad Magiſterium, & ſic acceptatum eſſe declaramus.

Iten, acceptamus Prędicaturas Generales RR. PP. Procuratorum Generalium huius Prouinciæ apud curias Romanam, & Regiam in Hiſpaniarum Regnis, Fr. Franciſci de Aſuaje, & Fr. Roqui de la Serna, conformiter ad litteras patentes illis cõceſſas à RR. P. N. Magiſtro Generali, quæ acceptatio fuit approbata per PP. Prouinciæ in Capitulo congregatos, & per vota ſecreta iuxta diſpoſitionem Capituli Generalis Romæ 29. & ſic ritè acceptatos declaramus, ex nunc pro tunc debere frui

omni-

omnibus gratijs, voce, & priuilegijs, quibus potiuntur Prędicatores Generales legitimè inſtituti, & acceptati in hac Prouincia.

Iten, acceptamus Prędicaturam Generalem R. P. Fr. Ioannis de Loranca, pro conuentu de Tepoſcolula illi ſpecialiter deſignato à RR. P. N. Magiſtro Generali, declarantes habere omnia requiſita, ſecundum conſtitutiones, & acta Capituli Generalis, quæ acceptatio fuit approbata, per RR. PP. Prouinciæ per vota ſecreta, iuxta diſpoſitionem Capituli Generalis Romæ Anno Domini 1629. & ſic acceptatam declaramus debere frui, omnibus gratijs, & priuilegijs, quibus potiuntur Prędicatores Generales ritè, & rectè inſtituti, & acceptati.

Iten, acceptamus Prædicaturam Generalem, R. P. Fr. Ludouici de Baena in loco vacanti, per renuntiationem in ipſo factam à R. P. N. Fr. Ioanne de Cordoba in Capitulo ſuæ electionis, & à RR. P. N. Magiſtro Generali acceptatam, & confirmatam per ſuas litteras patentes, propter eius ſufficientiam in litteris, & Indorum idiomate, & quia in ipſo reperiuntur omnia requiſita, ſecundum conſtitutiones, & acta Capituli Generalis, quæ acceptatio fuit approbata per RR. PP. Prouinciæ, per vota ſecreta (quę requiſita conditio defuerat illi) iuxta diſpoſitionem Capituli Generalis Romę 29. & tanquam ſic legitimè acceptatum debere frui, omnibus gratijs, & priuilegijs, quæ debentur prædicatoribus Generalibus, rectè inſtitutis.

Iten, acceptamus Prędicaturam Generalem R. P. Fr. Ioannis de Monroy, Prioris Conuentus noſtri de Çacatecas, pro prima vacanti conuentus, habere que omnia requiſita ſecundum conſtitutiones, & acta Capitulorum Generalium, quę acceptatio fuit approbata, per RR. PP. Prouincię per vota ſecreta in Capitulo congregatos, iuxta diſpoſitionem Capituli Generalis Romæ 29. & ex nunc pro tunc ritè acceptatum eſſe declaramus, ſine alia noua declaratione requiſita.

Iten, acceptamus Prędicaturam Generalem R. P. Fr. Ioannis de Sanctiago, pro natis in Indis, & pro filijs Conuentus noſtri de la Puebla, Prioris Cõuentus noſtri Sanctæ Mariæ de Guia in noua Veracruce, in Prædicatura extra numerali, per obitum

R. P. Fr. Ioſeph Cortes propter eius ſufficientiam in litteris, & Indorum idiomate,& nihil illi de eſſe, eorum, quę requiruntur ſecundum conſtitutiones, & acta Capituli Generalis, quę acceptatio fuit approbata; per RR. PP. Prouinciæ in Capitulo congregatos, & per vota ſecreta, iuxta diſpoſitionem Capituli Generalis Romæ 29. & ſic ritè acceptatum debere frui omnibus gratijs, voce, & cęteris priuilegijs quibus potiuntur Pręedicatores Generales legitimè inſtituti, & acceptati.

Iten, acceptamus Prædicaturas Generales, denatis in Indis RR. PP. Fr. Didaci de Medrano Cathedratici linguæ Mexicanæ, & Vicarij domus noſtrę de Tenanco, & R. P. Fr. Petri de Oyanguren, primum pro prima, & ſecundum pro ſecunda vacanti; ſi tamen litterę patentes, quas adducit R. P. Procurator Generalis Prouinciæ prædicto P. Fr. Didaco de Medrano fuerunt extranumerales, tunc primo locus vacans denatis in Indis debeatur R. P. Fr. Petro de Oyanguren, quos ex nunc, pro tunc acceptamus, & acceptatos eſſe declaramus cum omnibus gratijs, & priuilegijs Pręedicatorum Generalium, nulla alia acceptatione requiſita, ettenim habent omnia quæ requiruntur, ſecundum conſtitutiones, & acta Capitulorum Generalium, quæ acceptatio fuit approbata per RR. PP. Prouinciæ in Capitulo congregatos per vota ſecreta iuxta diſpoſitionem Capituli Generalis Romæ 29.

Iten, acceptamus Prædicaturam Generalem R. P. Fr. Ioannis Riſo, denatis in Hiſpania, & pro natione Chochona de Tepexic, illi pro iſta lingua ſpecialiter conceſſam à RR. Magiſtro Generali propter eius maximam eminentiam in prędicta lingua, ad quod munus ſuſcipiendum habet omnia requiſita ſecundum conſtitutiones, & acta Cap. Gen. quæ acceptatio fuit approbata per RR. PP. Prouinciæ in Capitulo congregatos, & per vota ſecreta iuxta diſpoſitionem Capituli Generalis Romę 29: itaque ritè, & rectè potiri debere gratijs, & priuilegijs Prędicatoris Generalis de filijs Sancti Dominici de la Puebla.

Iten, acceptamus Prædicaturam Generalem R. P. Fr. Didaci Garcia denatis in Hiſpania, pro natione Chochona linguę

de

de Cuextlahuacan, pro iſta lingua ſpecialiter illi conceſſam à RR. P. N. Magiſtro Generali, propter eius ſufficientiam in dicta lingua, quam acceptamus, eo modo, & forma, qua reſauerint litteræ patentes RR. P. N. Magiſtri Generalis ex nunc pro tunc, quæ acceptatio fuit approbata per RR. PP. Prouinciæ in Capitulo congregatos, & per vota ſecreta iuxta diſpoſitionem Cap. Generalis Romæ 29. & tanquam ritè acceptatum conformiter ad litteras patentes debere frui gratijs, & priuilegijs quibus potiuntur Prædicatores Generales legitimè inſtituti, & acceptati.

Iten, acceptamus Prædicaturam Generalem R. P. Fr. Franciſci de los Cameros, pro prima vacanti denatis in Hiſpania, & pro natione Miſteca ſecūdum diſpoſitionem ſuarum litterarum, & ſi placuerit RR. P. N. Magiſtro Generali diſpenſationem mittere, pauci temporis quod illi defuit, quando illum obedientia miſsit ad dictam linguam eddicendam, quam quidem optimè callet, & multoties in ea Vicariatus munus eſt exercuit, quā Prædicaturam tali conditione impleta, ex nunc pro tunc acceptamus, & acceptatam eſſe declaramus nulla alia acceptatione requiſita, ettenim dicta acceptatio fuit approbata per RR. PP. Prouinciæ in Capitulo Congregatos, & per vota ſecreta, iuxta diſpoſitionem Capituli Generalis Romæ 29. & ita acceptatum debere frui omnib⁹ gratijs, & priuilegijs Prædicatoris Generalis.

Iten, acceptamus renuntiationem factam Prioratus de Çacatecas à R. P. Fr. Ioanne de Monroy, & acceptatam eſſe declaramus, & dictum Prioratum legitimè vacaſſe.

Iten, acceptamus renuntiationem factam Prioratus de Guadalaxara, in ipſo Diffinitorio factam à R. P. Fr. Ioanne Martinez de Ayala, & acceptatam eſſe declaramus dictum que Prioratum legitimè vacaſſe.

Iſtæ ſunt declarationes.

IN primis declaramus, in Capitulo celebrato Anno Domini preterito 1632. acceptatum eſſe gradum Magiſterij R. P.

Magiſtri Fr. Damiani de Porras, Rectoris Collegij noſtri Sancti Dominici de Portacœli, & huius noſtri Capituli Diffinitoris, & ſi neceſſe eſt, illum denuo acceptamus, & acceptatum eſſe declaramus.

Iten declaramus, quod omnes litteras patentes quæ in poſterum apparuerint, quæ ad petitionem Prouinciæ non fuerint conſecutè, tanquam irritè, ſubreptitiæ, & nullius valoris cenſeantur, & tanquam tales non admittantur ad evellendum abuſum in hac Prouincia introductum, cum diſpendio Religionis, & transgreſsione legum Capituli Generalis, & huius Prouinciæ, & ita inuiolabiliter obſeruari volumus, ac declaramus, ſupplicantes RR. P. N. Magiſtrum Generalem, vt habeat pro bene factam iſtam declarationem, propter maxima inconuenientia, quæ experiuntur.

Iten, declaramus conformiter ad decretum Clementis 7. felicis recordationis, & Reuerendiſsimorum Generalium Ioannis Fenarij, & Caſtellion, & ſecundum acta Capituli Generalis Romæ Anno Dñi 80. ſolum eſſe muneris, & priuilegij Capituli Prouincialis, vel intermedij recipere gradus, & Prędicaturas Generales, & non aliter, neque extra dicta Capitula.

Iten declaramus, quod in tranſgreſsione trium votorum eſſentialium, eſſe reſeruatum in voto caſtitatis actum conſummatum, & in voto paupertatis peccatum eſſe reſeruatum expendere ſine licentia, vltra valorem duorum ponderum de tipuzque, in voto vero obedientiæ, id ſolum dicimus, & declaramus reſeruatum, quod à Prælatis expreſſè, & in particulari fuerit reſeruatum.

Iten declaramus, quod ſępe ſępius declaratum eſt, Vicarios omnium domorum, gaudere autoritate Priorum conuentualiũ in ſpiritualibus, & temporalibus pro ipſis, & pro ſibi ſubditis, & hoſpitibus.

Iſtæ ſunt petitiones Prouintiæ.

Cum

CVm duo Capitula Prouincialia proximè celebrata in hac Prouincia ſupplicauerint RR. P. N. Magiſtrum Generalem, vt extendere dignaretur numerum Magiſtrorum prę̨ſcriptum noſtræ Prouincię̨, vſque ad nouenum; eo quod ſub iſto numero, tertia pars deputata Religioſis filijs Conuentus S. P. N. Dominici de la Puebla, maximè ſeruaretur; ideo vt pacis, & amoris vinculum magis radicetur, & iuſta pro ipſius Conuentus filijs, integra ſeruetur ę̨qualitas, denuo ſupplicamus RR. Paternitatem veſtram, vt dictum nouenum gradum concedere dignetur: & quia in dictis duobus antecedentibus Capitulis ~~bus~~ ex hypoteſi quod RR. Paternitas veſtra, concedere dignaretur, prę̨dictum nouenum gradum ad ipſum fuit expoſsitus R. P. Fr. Thomas de Sancto Ioanne, qui quidem iam eſt ſortitus gradum Magiſterij R. P. Fr. Ioannis de Olaçaual per eius obitum, & adhuc remanet, nonum Magiſterium, ſine eo quod ab aliquo occupetur, illud iterum ennixe petimus pro dicto Conuentu Angelopolitano.

Iten, iudicantes RR. Paternitatem veſtram, in perpetuum conceciſſe (per eius benignitatem) huic noſtræ Prouinciæ duas Prædicaturas extranumerales in Capitulo Generali Romæ 29. Vnam R. P. Fr. Ioſeph Cortes, filio Conuentus noſtri de la Puebla, & alteram R. P. Fr. Ioanni de Victoria filio Conuentus noſtri Mexicani, (qui duo iam obierunt) & per obitū primi, dignatus eſt concedere eius Prædicaturam R. P. Fr. Ioanni de Sanctiago, filio Conuentus Angelopolitani; non videtur diſonum, neque alienum à petitione loci vacantis, pro altera ſupplicare RR. PP. veſtram. Vt ipſam concedere dignetur R. P. Fr. Ferdinando Becerra filio Conuentus Mexicani, pro ę̨qualitate partium, iterum poſtulato in memoriali Prouinciæ Capituli antecedentis, per eius idoneitatem, & peritiam in lingua Mexicana, in qua Prædicando, & Vicariatus officium exercendo, pluſquam viginti annos conſumauit: & habet omnia alia requiſita quæ ſecundū conſtitutiones, & acta Cap. Gen. requiruntur, quam prædicaturam. Si RR. PP. veſtræ placuerit illi concedere, ipſam ex nunc pro tunc acceptamus, & acceptatam eſſe declaramus.

Iſtæ

Iſtæ ſunt ordinationes.

IN primis, Ordenamos, y mandamos que las Actas de nueſtro Capitulo ſe lean en Cõmunidad à los principios de Aduiento, y Quareſma, y quando vaya à viſitar nueſtro Padre Prouincial; para que trayendo à menudo à la memoria lo que en ellas ſe mãda, ſe guarde con mas puntualidad.

Iten, ordenamos, y con todo rigor mandamos, que ſe renueue cada ocho dias el Santiſsimo Sacramento, con toda la ſolenidad poſsible, para que cauſe reſpecto, y deuocion à los naturales. Y que el Padre Hebdomadario en pueblos de indios cada Domingo limpie, y aſſee la pila del Baptiſterio.

Iten, que ſe rezen las Horas canonicas en el Coro delante el Santiſsimo Sacramento; pena de ſuſpenſion de officio al Vicario, y al ſubdito que lo rehuſare de graue caſtigo.

Iten, que aya licion de Biblia, ò otro libro deuoto, todos los dias en el Refectorio.

Iten, ordenamos y mandamos, que aya particular cuydado en el regalo de los enfermos, y los Padres Priores viſiten à menudo las enfermerias, y ſe prouean de todo lo neceſſario. Y rogamos à los Padres Vicarios del Marqueſado, y demas Caſſas acudan con drogas à las enfermerias, y boticas, ſegun la comodidad de las tierras adonde ſe crian.

Iten, ordenamos y mandamos, que los Padres Priores, y Vicarios de pueblos de indios, reparen mucho en gaſtar con tal moderacion, que puedan ahorrar lo que ſobrare, para bien y augmento de las Caſſas, euitando gaſtos ſuperfluos, aunque ſean para las ſacriſtias, prohibiendoles gaſtar arriba de cien peſos ſin licencia de nueſtro Padre Prouincial, cõ aduertencia, que al que hallare adeudado en mas deſta dicha quantidad ex nunc pro tunc lo declaramos por abſuelto.

Iten, ordenamos y mandamos, que los que acabaren de Vicarios, ò Priores, no cobren nada anticipado de lo que ſe à de cumplir en tiempo del ſuceſſor, pena de que lo que vuieren cobrado

brado no perteneciendoles ſe lo mandarà pagar nueſtro Padre Prouincial, y aſsi le ſupplicamos lo execute.

Iten ordenamos, & in virtute Spiritus ſancti, & ſanctę obedientiæ mandamos, que no obſtante q̃ los Religioſos eſten preſentados ante el Ordinario, y approbados para predicar, y confeſſar todo genero de perſonas, no puedan cõfeſſar mas de como eſtuuieren approbados por los examinadores de la Orden, y cõforme à la licencia que tuuieren de nueſtro Padre Prouincial.

Iten, ordenamos y mandamos, in meritum obedientiæ que ningun Religioſo ande à pie, ni à cauallo ſolo por la Ciudad de Mexico, y la Puebla, pena de vna graue culpa, y debajo de la miſma pena, mandamos à los Padres Procuradores auiſen à los Prelados, de los que vieren andar ſolos.

Iten, ordenamos y mandamos, que ya que por la neceſsidad de algunos Conuentos es inexcuſable el embiar limoſneros, y demandantes, que ſean los menos que fuere poſsible, y los mas modeſtos, y morijerados, por euitar los inconuenientes de mal exemplo que pueden ſeguirſe; à los quales ſe les ſeñalen derrotas particulares, por que no ſe encuentren, ni exaſperen à los ſeculares que nos dan ſus limoſnas.

Iten mandamos, que aya particular cuidado en la ſequella del Coro, y los eſtudios, aggrauando las conſciencias de los PP. Prelados, y Officiales de eſtudio, con quienes deſcargamos las nueſtras.

Iten, ſupplicamos à nueſtro M. RR. P. Prouincial ponga taſſa en las diſpenſaciones del Coro, y ſolo eſten diſpenſados los que por conſtitucion lo ſon.

Iten ordenamos, y con todo rigor mandamos, que por quanto nueſtra ſagrada conſtitucion llama igualmente Padres de Prouincia à los Padres Maeſtros, y à los que han ſido Prouinciales, que de aqui adelante à los Padres Maeſtros que lo ſon por la Prouincia, los llamen Padres nueſtros, que es muy juſto ſe haga alguna differencia, pues al Magiſterio llama la conſtitucion, Maxima dignitas.

Iten, ordenamos, y mandamos con el miſmo rigor, que à los

los Hermanos legos nadie los llame Reuerencia, y encargamos à los Padres Prelados, que den en tierra, y pan, y agua, al que oyeren llamarlos aſsi.

Iten, ordenamos y mandamos, que la Miſſa Conuentual cantada ſe diga à las diez del dia, por las comodidades que de ello ſe ſiguen, y para que todos acudan à ella, lo qual no es factible diziendoſe à las ocho.

Iten, ordenamos y mandamos, que todos los Padres Vicarios, y Priores de pueblos de indios, cõpren lo neceſſario para el ſuſtento de ſus Caſſas por mano de los Padres Procuradores de Prouincia, los quales ſolos cobren los ſalarios de ſu Mageſtad, y del Marques.

Iten, ordenamos y mandamos, que en pueblos de indios ningun Religioſo tenga mas de vna caualgadura para ſi, por el grauamen que es para las Caſſas, y los Indios; ni los Padres Vicarios lo permitan.

Iten, ordenamos y mandamos, que en las Viſitas que hiziere nueſtro Padre Prouincial, los Religioſos den memoria de lo que tienen à vſſo, en conformidad de lo mandado en el Capitulo general de Roma 29. confirmatione 3.

Iten, ordenamos y mandamos, que cada vno de los Religioſos que no viuen en los Conuentos de Mexico, y la Puebla, y en los dos Collegios, aſsi ſubditos, como Prelados, digan diez Miſſas rezadas por la intencion del Diffinitorio, que las tiene applicadas por varias neceſsidades y obligaciones.

Iſtæ ſunt admonitiones.

IN primis, preuenimos, y amoneſtamos à los Religioſos ſubditos, traten à ſus Prelados con todo reſpecto y veneracion, y obediencia. Y en eſte articulo ſupplicamos à nueſtro M. R. P. Prouincial ponga particular cuidado, caſtigando exemplarmẽte, y con mucho rigor à los defectuoſos, y à los Padres encargamos, traten charitatiuamẽte à los ſubditos, dandoles todo lo neceſ-

